



**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM  
Microfiche  
Series  
(Monographs)**

**ICMH  
Collection de  
microfiches  
(monographies)**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1993**

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:  
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Continuous pagination/  
Pagination continue
- Includes index(es)/  
Comprend un (des) index
- Title on header taken from:  
Le titre de l'en-tête provient:
- Title page of issue/  
Page de titre de la livraison
- Caption of issue/  
Titre de départ de la livraison
- Masthead/  
Générique (périodiques) de la livraison

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

PLAVTI



RVDENS

T · MACCI ·



PLAVTI

# RVDENTEM

FABVLAM · PALLIATAM

IN · IV · ACTVS · DIVISAM

AGET · GREX · MACGILLIANVS

A · D · XI · X · KAL · MART

LAETISSIMO · BRITANNICI · IMPERII · ANNO

QVO · DVODECIMVM · CLAUSIT

VICTORIA · REGINA

LVSTRVM



II · VIRI · LVDIS · SCAENICIS ·	{	DONALDVS · A · SMITH
EDVNDIS · SVNT · . .		GVLIELMVS · PETERSON
CVRATORES · LVDORVM · . . .	{	A · IVDSON · EATON
		CAROLVS · E · MOYSE
		IOHANNES · COX
		S · BENIAMIN · SLACK
PHONASCVS · . . . . .		FRANCISCVS · CARTER
DIDASKALOS · MVSICVS · . . .		CAROLVS · HENRICVS · GOULD

PH 6568

R7

53

1911

P 111

AR  
SCI  
PL  
DA  
PA  
AM  
PTC  
TR  
LA  
CH  
GR  
LO

PIS

SCA  
MOD  
ORN



## SCAENICI ACTORES.

ARCTVRVS · PROLOGVS	CAMPBELL · PALMER · HOWARD
SCEPARNIO · SERVOS	IOHANNES · GODFREY · SANE
PLESIDIPPVS · ADVLESCENS	ROBERTVS · HAROLDVS · KER
DAEMONES · SENEX	ERATVS · EDVINVS · HOWARD
PALAESTRA · MVLIER	MELBOVRNE · CASEWELL · HEINE
AMPELISCA · MVLIER	IOHANNES · TVDOR · SCRIMGEE
PTOLEMOCRATIA · SACERDOS	SAMVEL · ARCHIBALD
TRACHALIO · SERVOS	PERCY · THOMAS · MOORE
LABRAX · LENO	GVLIELMVS · WOODHAM · CRAIG
CHARMIDES · SENEX	ALEXANDER · HVNTLY · DVFF
GRIPVS · PISCATOR	MACKAY · EDGAR

LORARI      NORMANNVS · MACLEOD · ROBERTVS · PATTERSON

PISCATORES	{	MAVRITIVS · BVRKE · GVLIELMVS · NESS
		CAROLVS · MORRISON · IOHANNES · LAMB
		PERCIVAL · DVBOYCE · LEONARDVS · SHAW
		IOHANNES · CAPEL · BRVCE · IOHANNES · FARMER
		ROBERTVS · PATTERSON · RICARDVS · HENDEFFON
		IACOBVS · ALBERTVS · MACGREGOR
		FREDERICVS · HASZARD

## MVTAE PERSONAE.

ADVLESCENTES · III	{	NORMANNVS · MACLEOD
		IOHANNES · LAMB
		ROBERTVS · PATTERSON
TIBICINES · SCAENICI	{	GORDON · SCOTT · RVTHIERFORD
		STEWART · FLEMING · RVTHIERFORD



SCAENAM · DESIGNAVIT	SAMVEL · HENBEST · CAPPER
MODOS · NOVOS · TIBIIS · PARIB · FECIT	HORATIVS · REVNER
ORNAMENTA · FECIT	M · BEVLLAC

DISSIGNATORES · SVNT · SOCIETATIS · PHILOLOGAE · SODALES





F  
V  
A  
A  
W  
A

# HYMN TO APOLLO.

---


Written in the third century, B.C., discovered at Delphi in 1893, the text restored by M. H. Weil, and the music transcribed by M. T. Reinach.

---

I will sing in praise of the glorious son of Zeus!  
Who dwellest on the snowy peak of the hills,  
Where in sacred oracles to mortal men,  
Thou dost proclaim tidings prophetic from the divine tripod seat.  
Thou hast driven forth from his place the dragon who watched over the shrine,  
And with thy darts hast forced him to hide far in the dark underwood.  
Muses came from deeply wooded Helicon,  
Beautiful fair-armed daughters, of the loud-singing god dwelling there;  
Praising their noble kinsman, even Phoebus, with golden hair,  
To the lyre, singing their songs.  
He wavers over the twin-headed peak of Parnassus,  
And he haunts the rocky places round about famous Delphi.  
And Castalia's plentiful springs, full of waters deep and clear,  
And presides over Delphi with its oracle true in prophecy.  
Come then Attica's noble daughters, come,  
Ye who dwell in Tritonis' plain, safe from death-dealing shaft;  
Incense and sacrifice offering, Hephaestus kindles sacred fire,  
Burning on the altar limbs of bulls,  
While the smoke rises and reaches to Olympus;  
And from the flute's powerful voice come forth melodious tones, spreading around,  
And the lyre's golden notes join in the hymns, aiding in melody,  
While, in a throng, Athens sends chosen bands unto the shrine.

---

A translation of the words sung at the Academy of Music, Montreal, February 19th and 20th, 1897.



F  
F  
F  
F  
F  
F  
F  
P

CORRIGENDA.

P. iii, l. 19—For *ferre* read *ferro*.

P. 14, l. 187—For *ornatur* read *ornatu*.


P. 16, l. 210—For *nec dius hic fui* read *neque etiamdum hic fui*.


P. 63, l. 14 from foot of page—Read "has been extremely attentive to them."


P. 83, l. 4 from foot of page—For *whom* read *who*.

P. 88, l. 1169—*Dele* id.

P. 95, l. 6—Read "And tell him to come at once, so that we may get the supper ready."







PLAVTI · RVDENS.



Quod faustum felixque omnibus vortat precor  
 In scena datur hic vobis Macci fabula,  
 Quae quadringentis ante lustris edita  
 Antiqua in Roma est urbium celeberrima ;  
 Iis temporibus quo loco nunc luditur  
 Undique patebant vastae solitudines ;  
 Nec spectatorum tunc erat qui crederet  
 Trans tanta ignota maria post tot secula  
 Fore voluptati genti longinquae ac novae,  
 Cui tum frequentes plauderent, comoediam.

Nunc etiam accessit copula altera insuper,  
 Qua consociatur cum veteribus seculis  
 Nostra academia laude floescens nova,  
 Quod praegredientes ceteris coloniis,  
 Quot a Britannis sunt ubique conditae,  
 Nuper fundatae tulimus auxilium scholae,  
 Despectat urbem qua superbus Parthenon  
 Matrem artium olim dictam et eloquentiae.

Rudens ab ipso nomen fabulae inditumst  
 Agitur Cyrenis res, Graccorum in oppido ;  
 Actorum partes accipietis postibi.

Novam rem ordimur ; alios speramus fore  
 Exemplum nostrum qui secuti postea  
 Alias spectandas praebeant hic fabulas ;  
 Libet recordari hic mihi, hoc ut in oppido  
 Alia loquentes lingua stirpe alio viri  
 Nobile Thebanam facinus ausam virginem  
 Graccorum veterem fabulam celebraverint.


Nunc ut Academia haec precamur floreat  
 Studiis et ludis, comitate et moribus.  
 Quid plura? scitis ipsi quanta gloria  
 Adepti ruper simus id quod omnibus  
 Qui folle ludunt praemium proponitur.

Nec praeteribo ceteris hoc additum  
 Vitae ornamentis quod nunc hic studentibus  
 Aedicula praesto est parva, ubi omnibus licet  
 Aequales inter libere versarier,  
 Serere sermones mutuos, necnon bene  
 Cenare parvi, mox speramus parvulo  
 Huic successurum maius et speciosius  
 Hospitium, quale in usum mulierum modo  
 Donavit nostri praesidis benignitas.

Accessit aliis hoc novum miraculum  
 In medio campo cernere est cotidie  
 Ingens alumnorum atque alumnarum manus  
 Ut certet aequor glacie solidum verrere  
 Tenui munita ferre crepidatos pedes.

Imperium nunc precamur ut Britannicum  
 Pari augeatur gloria ac concordia  
 Porro ut regina quae tot illustres avos  
 Tam longo cursu regni uicit prosperi  
 Omnes ubique reges atque principes  
 Ut jam virtute sic superet potentia ;  
 Cuius legatus clarus in republica  
 Praesens nobiscum celebrat hunc festum diem.

Valete : Arcturum huc advenientem conspicio.



INCIPIT • PLAVTI • RVDENS •  
ACTA • LAETISSIMO • BRITANNICI • IMPERII • ANNO •  
QVO • DVODECIMVM • CLAVSIT • VICTORIA • REGINA •  
LVSTRVM •  
EGIT • GREX • MACGILLIENSIS •  
IN • CANADA • AD • MONTEM • REGIVM •  
RECTORE • VNIVERSITATIS • GVLIELMO • PETERSON •  
CVRATORIBVS • LVDORVM • PROFESSORIBVS • ACADEMICIS •

## ARGVMENTVM.

Reti piscator de mari extraxit vidulum,  
Vbi erant erilis filiae crepundia,  
Dominum ad lenonem quae subrepta venerat  
Ea suipte imprudens in cluentelam patris  
Naufragio eiecta devenit : cognoscitur  
Suoque amico Plesidippo iungitur.

## THE ARGUMENT.

Recovered from the ocean lies a wallet which contains,  
Unknown to him who drew it out, intent upon his gains,  
Designs in cunning workmanship, a little axe and sword,  
Erstwhile the trinkets of a maid, the daughter of his lord ;  
Nigh carried off in slavery, but shipwrecked here instead,  
She, by the trinkets recognized, is to her lover wed.

W. M.


## DRAMATIS PERSONAE.

ARCTVRVS	PROLOGVS
DAEMONES	SENX
PALAESTR	MVLIER
AMPELISCA	MVLIER
LABRAX	LENO
CHARMIDES	SENX
PLESIDIPPVS	ADVLESCENS
TRACHALIO	SERVOS
SCEPARNIO	SERVOS
GRIPVS	PISCATOR
PTOLEMOCRATIA	SACERDOS
PISCATORES	
LORARI	
ADVLESCENTES	

## THE CHARACTERS.

ARCTURUS . . . . .	<i>A Star God.</i>
DAEMONES . . . . .	<i>An aged Athenian, living at Cyrene.</i>
PALAESTRA . . . . .	<i>A slave discovered to be his daughter.</i>
AMPELISCA . . . . .	<i>A slave, her companion.</i>
LABRAX . . . . .	<i>A slave dealer, master of Palaestra and Ampelisca.</i>
CHARMIDES . . . . .	<i>His companion in rascality.</i>
PLESIDIPPUS . . . . .	<i>A gilded youth.</i>
TRACHALIO . . . . .	<i>His servant.</i>
SCEPARNIO . . . . .	<i>Slave of Daemones.</i>
GRIPUS . . . . .	<i>An aged fisherman, slave of Daemones.</i>
PTOLEMOCRATIA . . . . .	<i>Priestess of Venus.</i>
FISHERMEN.	
WHIPPING SLAVES.	
FRIENDS OF PLESIDIPPUS.	





## THE RUDENS OF PLAUTUS.

SCENE: *The coast near Cyrene, in Africa. In the background, the distant town and harbour of Cyrene, a temple of Venus, and, near it, the cottage of DAEMONES.*

## PROLOGVS.

### ARCTVRVS.

Qui gentis omnis mariaque et terras mouet,  
Eius sum ciuis ciuitate caelitim,  
Ita, ut uidetis, splendens stella candida,  
Signum quod semper tempore exoritur suo. 5  
Hic atque in caelo nomen Arcturost mihi.  
Noctu sum in caelo clarus atque inter deos,  
Inter mortalis ambulans interdius.  
Et alia signa de caelo ad terram accidunt :  
Quist imperator diuom atque hōminum Iuppiter,  
Is nos per gentis aliud alia disparat, 10  
Hominum qui facta, mores, pietatem et fidem  
Noscamus, ut quemque adiuuet opulentia.  
Qui falsas litis falsis testimoniis  
Petunt quique in iure abiurant pecuniam,  
Eorum referimus nomina excripta ad Iouem. 15  
Cotidie ille scit quis hic quaerat malum.  
Qui hic litem apisci postulant peiurio  
Mali, res falsas qui impetrant apud iudicem,  
Iterum ille eam rem iudicatam iudicat :  
Maiore multa multat quam litem auferunt. 20  
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.  
Atque hoc scelesti si in animum inducunt suom,  
Iouem se placare posse donis, hostiis,  
Et operam et sumptum perdunt. id eo fit, quia  
Nihil ei acceptumst a periuris supplici. 25

## THE PROLOGUE.

ARCTURUS.

Of the company of the celestials am I, a comrade of Jove, who sways all peoples and seas and lands. I am, as you see, a constellation, lustrous with a bright star, which ever rises in its season. Arcturus is the name I bear on earth, and in heaven. By night I shine conspicuous in the sky among the gods; my path lies among mortals in the day. Other constellations, too, descend from heaven to earth. Jupiter the lord of gods and men—he it is who stations us throughout the world, one here, one there, to take knowledge of the conduct, character, righteousness and fealty of mortal men, that every one may meet with his deserts. When men institute fraudulent actions on false witness, and when before the magistrate they deny on oath a deposit, their names we enter and report to Jove. Day by day he knows who is plotting mischief here below. When men seek to win a suit by perjury—rascals that they are!—or when by fraud they gain their cases before a judge, the judgment given he judges once again: far heavier the fine he orders than what they reap as litigants. The good he keeps entered on another list. And if the rogues take it into their heads that they can propitiate Jupiter with offerings and sacrifice, they lose their pains and their money too. The reason is this: no sacrifice is acceptable to Jove from a perjurer.

Facilius siqui pius est a dis supplicans  
 Quam qui scelestust inueniet ueniam sibi.  
 Idcirco moneo uos ego hoc, qui estis boni  
 Quique aetatem agitis cum pietate et cum fide :  
 Retinete porro, post factum ut laetemini. 30  
 Nunc, huc qua causa ueni, argumentum eloquar.  
 Primumdum huic esse nomen urbi Diphilus  
 Cyrenas uoluit. illic habitat Daemones  
 In agro atque uilla proxuma propter mare,  
 Senex qui huc Athenis exul uenit, hau malus. 35  
 Neque is adeo propter malitiam patria caret :  
 Sed dum alios seruat, se inpediuit interim,  
 Rem bene paratam comitate perdidit.  
 Huic filiola una uirgo periit paruola :  
 Eam de praedone uir mercatur pessumus : 40  
 Is eam huc Cyrenas leno aduexit uirginem.  
 Adulescens quidam ciuis huius Atticus  
 Eam uidit ire e ludo fidicinio domum.  
 Amare occepit : ad lenonem deuenit,  
 Minis triginta sibi puellam destinat 45  
 Datque arrabonem et iureiurando adligat.  
 Is leno, ut se aequomst, flocci non fecit fidem  
 Neque quod iuratus adulescenti dixerat.  
 Ei aderat hospes par sui, Siculus senex,  
 Scelestus Agrigentinus, urbis proditor : 50  
 Infit lenoni suadere, ut secum simul  
 Eat in Siciliam : ibi esse homines uoluptarios  
 Dicit : ibi eum potesse fieri diuitem. 55  
 Persuadet. nauis clanculum conducitur.  
 Quidquid erat noctu in nauem conportat domo  
 Leno : adulescenti, qui puellam ab eo emerat,  
 Ait sese Veneri uelle uotum soluere 60  
 (Id hic est Veneris fanum) atque adeo ad prandium  
 Vocauit adulescentem huc. ipse hinc ilico  
 Conscendit in nauem, auehit mulierculas.

Sooner will the prayer of the righteous prevail with the gods than the prayer of a villain. And so this is my advice to you who are good and live in all righteousness and fealty: Be steadfast in your course that you may have joy in the end. Now—and for this reason have I come—I will set forth our argument

First of all, then, Cyrene was the name given by Diphilus to this city. Yonder dwells Daemones, in the country, in a cottage hard by the sea—an old man who came into exile here from Athens: not a bad man, either. Bad! 'Twas no vice of his that drove him from his home; in attempting to save others, he became involved himself; 'twas kindness that reft him of the estate he had honourably acquired. His only daughter he lost when she was quite a little girl. An arrant scoundrel of a dealer bought the maid from the man who had kidnapped her and carried her here to Cyrene. A young Athenian, a fellow-citizen of hers, saw her going home from her music-school—'twas love at first sight! He goes to the dealer, buys the girl for thirty minæ, makes a payment on account, and gets the seller to swear to his bargain. The dealer, just as you would expect, did not care a straw for his promise or for what he had said to the young man on oath. He had a friend of the same stamp as himself, an old Sicilian,—a villain who would sell his country. This man begins to recommend the dealer to go with him to Sicily, telling him that gay fellows live there, and that he can make a heap of money. His advice is taken, and they secretly hire a vessel. All his belongings the dealer ships from his house at dead of night, telling the young man who had bought the girl from him that he was wishful to perform a vow to Venus (this is her temple here), and, besides, he has asked our young friend here to lunch. Immediately the dealer goes on board ship and carries off the maidens. The young man hears from others

Adolescenti alii narrant ut res gesta sit :  
 Lenonem abiisse. ad portum adolescens aduenit,  
 Illorum nauis longe in altum abscesserat. 66  
 Ego quoniam uideo uirginem asportarier,  
 Tetuli ei auxilium et lenoni exitium simul :  
 Increpui hibernum et fluctus moui maritimos.  
 Nam Arcturus signum sum omnium unum acer-  
 rumum : 70  
 Vehemens sum exoriens, quom occido uehementior.  
 Nunc ambo leno atque hospes, in saxo, simul  
 Sedent eiecti : nauis confractast eis.  
 Illa autem uirgo atque altera itidem ancillula  
 De nauis timidæ desuluerunt in scapham. 75  
 Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,  
 Ad uillam illius, exul ubi habitat senex,  
 Quoius deturbauit uentus tectum et tegulas.  
 Et seruos illic est eius qui egreditur foras.  
 Adolescens huc iam adueniet, quem uidebitis, 80  
 Qui illam mercatust de lenone uirginem.  
 Valete, ut hostes uostri diffidant sibi.

how things have gone,—the dealer was off! He comes to the harbour, and behold! the ship had got far out to sea. As for me, when I saw the girl being carried off, I brought aid to her, and at the same time destruction to the dealer. I blew a wintry blast and tossed up the billows of the main. Arcturus, the most turbulent of all the constellations, am I—tempestuous at my rising, and at my setting more tempestuous still. Now, both the dealer and his friend are sitting side by side upon a rock on which they have been thrown. Their ship has been dashed to pieces. The girl, however, and with her a young friend, have jumped from the ship into a boat. And now the waves are bearing them shorewards from the rock to the old man's cottage, where he is living in exile; its tiled roof has been whisked off by the gale. See, there is his slave, coming out of doors. The young man will soon be here—you will see him—the one who bought the girl from the dealer. So Good-bye, and God confound your foes!



## ACTVS I.

## SCEPARNIO.

- SC. Pro di immortales, tempestatem quouismodi I 1  
 Neptunus nobis nocte hac misit proxuma.  
 Detexit uentus uillam—quid uerbis opust? 85  
 Non uentus fuit, uerum Alcumena Euripidi:  
 Ita omnis de tecto deturbauit tegulas:  
 Inlustrioris fecit festrasque indidit.

PLESIDIPPVS (CVM TRU VS ADVLESCENTIBVS).  
 SCEPARNIO. DAEMONES.

- PL. Et uos a uostris abduxi negotiis I 2  
 Neque id processit, qua uos duxi gratia: 90  
 Neque quivi ad portum lenonem prehendere.  
 Sed mea desidia spem deserere nolui:  
 Eo uos, amici, detinui diutius.  
 Nunc huc ad Veneris fanum uenio uisere,  
 Vbi rem diuinam se facturum dixerat. 95
- SC. Si sapiam, hoc quod me mactat concinnem lutum.
- PL. Prope me hic nescio quis loquitur. DAE. Heus,  
 Sceparnio.
- SC. Qui nominat me? DAE. Qui pro te argentum  
 dedit.
- SC. Quasi me tuom esse seruom dicas, Daemones.
- DAE. Luto usust multo, multam terram confode.  
 Villam integundam intellego totam mihi: 101  
 Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.
- PL. Pater, salueto amboque adeo. DAE. Et tu saluos  
 sis.

## ACT I.

## SCENE I.

(Enter SCEPARNIO (R.) from the cottage of DAEMONES, spade in hand.)

Sc. Heavens above us! what a storm Neptune let loose upon us last night! The wind took the roof off the house—wind did I call it? no wind, but a regular tragedy tempest of Euripides; in such wise has it whisked off every single tile. It has made the house better lighted than ever, with the windows it has put in.

## SCENE II.

(Enter PLESIDIPPUS (L.), from harbour, accompanied by three friends, wearing chlamydes and bearing swords.)

Pl. Well, I have taken you from your business, but I have not succeeded in the purpose for which I have brought you here: I could not catch the dealer at the harbour. Still, I determined not to give way to any laziness or despair on my own part, and so I have kept you waiting, good friends, longer than I meant. Now, I have come here to visit Venus's temple, where the fellow intended to offer sacrifice, as he told me.

Sc. I shall be a fool if I don't get this clay ready—it'll be the very death of me, else.

Pl. Somebody or other is talking close to me here. (Enter DAE. from cottage, R.)

DAE. Holloa! Sceparnio!

Sc. Who is calling me?

DAE. The man who bought you.

Sc. I suppose you mean to say I'm your slave.

DAE. We want plenty of clay, so dig deep. The whole cottage must be roofed in, I see; for, as it stands, it is more full of holes than a sieve.

Pl. Good-day, father—and so to both.

DAE. Good-day to you.

- SC. Sed utrum tu masne an femina's, qui illum patrem  
Voces? PL. Vir sum equidem. SC. Quære,  
uir, porro patrem : 105
- DAE. Filiolam ego unam quam habui, eam unam perdidit.  
Virile sexus numquam ullum habui. PL. At di  
dabunt.
- SC. Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum,  
Qui oratione hic occupatos occupes.
- PL. Isticine uos habitatis? SC. Quid tu id quaeritas? 110  
Quo mox furatum uenias uestigas loca?
- PL. Peculiosum esse addecet seruum et probum,  
Quem ero praesente praetereat oratio,  
Aut qui inclementer dicat homini libero.
- SC. Et inpudicum et impudentem hominem addecet, 115  
Molestum ultro aduenire ad alienam domum,  
Quoi debeat nil. DAE. Tace, Sceparnio.  
Quid opust, adulescens? PL. Istic infortunium,  
Qui praefestinet ubi erus adsit praeloqui.  
Sed nisi molestumst, paucis percontarier 120  
Volo ego ex te. DAE. Dabitur opera, atque in  
negotio.
- SC. Quin tu in paludem is exicasque harundinem,  
Qui pertegamus uillam, dum sudumst. DAE. Tace.  
Tu siquid opus est dice. PL. Dic quod te rogo :  
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum uideris,  
Malum, periurum, palpatorem. DAE. Plurimos : 126  
Nam ego propter eius modi uiros uiuo miser.
- PL. Hic dico, in fanum Veneris qui mulierculas  
Duas secum adduxit quicum adornaret sibi  
Vt rem diuinam faciat, aut hodie aut heri. 130
- DAE. Non hercle, adulescens, iam hos dies complusculos  
Quemquam istic uidi sacrificare : neque potest  
Clam me esse, siqui sacrificat. semper petunt  
Aquam hinc aut ignem aut uascula aut cultrum  
aut ueru

SC. But are you man or woman—you who call him father?

PL. A man, on my word.

SC. Well, my dear man, you must find a father elsewhere.

DAE. One little daughter I had, but her I lost. Son I never had.

PL. Well, but the Gods will give you one.

SC. Yes, and they'll give you, whoever you are, a peck of trouble for distracting with your chatter those who are distracted enough as it is. PL. Is it here that you live?

SC. Why that question? Are you prying about the premises with intent to thieve presently?

PL. Surely he must be a well-to-do and upright slave, who lets his tongue run away with him when his master is by, or who speaks rudely to a gentleman.

SC. And surely you have a deal of shamelessness and effrontery to come unbidden, like the nuisance that you are, to a strange house. We don't owe you anything!

DAE. Hold your tongue, Sceparnio! What do you want, young man?

PL. Perdition to catch that slave of yours who is in such a desperate hurry to get in the first word when his master is here. But, if you don't mind, I should like to ask you one or two questions. DAE. At your service, busy as I am.

SC. No, no! Off you go to the marsh, and cut reeds to thatch the cottage, while the weather holds.

DAE. (*to Sc.*) Silence! (*to Pl.*) Do you say what you wish.

PL. Tell me this: Have you seen any curly-headed, hoary-haired rascal here, a perjured, wheedling villain?

DAE. Plenty of them! Why, it is just by such scamps that my life has been ruined.

PL. I mean here—one who has brought two young women to Venus's temple and was preparing to offer sacrifice, to-day or yesterday.

DAE. No, indeed, young man! For some time past I haven't seen anybody sacrificing here, and no one can offer sacrifice unknown to me. They are always coming here for water, or fire, or utensils, or knives, or spits or a stew-pot or

Aut aulam extarem aut aliquid—quid uerbis opust?

Veneri parau iasa et puteum, non mihi.

136

Nunc interuallum iam hos dies multos fuit.

PL. Vt uerba prachibes, me periisse praedicas.

DAE. Mea quidem hercle causa saluos sis licet.

Fortasse tu huc uocatus es ad prandium :

Ille qui uocauit, nullus uenit? PL. Ad modum.

SC. Nullumst periculum te hinc ire inpransum domum.

PL. Deludificauit me ille homo indignis modis.

DAE. Pro di immortales, quid illuc est, Sceparnio,

Hominum secundum litus? Vt mea opinio,

Confracta nauis in marist illis. SC. Itast.

At hercle nobis uilla in terra et tegulae.

DAE. Hui.

155

Homunculi quanti estis: eiccti ut natant.

PL. Vbi sunt homines, opsecro? DAE. Hac ad dexteram:

Viden secundum litus? PL. Video: sequimini.

Vtinam is sit quem ego quaero, uir sacerrumus.

Valete. SC. Si non moneas, nosmet meminimus.

Sed o Palaemon, sancte Neptuni comes,

Quod facinus uideo? DAE. Quid uides? SC. Mu-

160

lierculus

Video sedentis in scapha solas duas.

Vt adflctantur miserae. euge, euge, perbene,

Ab saxo auortit fluctus ad litus scapham.

165

Neque gubernator umquam potuit rectius.

Non uidisse undas me maiores censeo.

Saluae sunt, si illos fluctus deuitauerint.

Nunc nunc periculumst: unda eiecit alteram.

At in uadost: iam facile enabit. eugepae:

Surrexit: horsum se capessit, salua res:

175

Desuluit haec autem altera ad terram e scapha.

Vt prae timore in genua in undas concidit.

Saluast: euasit ex aqua: iam in litorest.

Sed dextrouorsum auorsa it in malam crucem.

Hem,

Errabit illaec hodie. DAE. Quid id refert tua?

something or other ; in short, 'twas for Venus, not for myself, that I got my household gear together, and my well. But now for many a day no one has come.

PL. In the words you utter you tell me I am undone.

DAE. So far as I am concerned, all may be well with you. Possibly you were invited here to lunch, and your host has not turned up? PL. Just so.

SC. No fear of your going home without a meal!

PL. This fellow has been jeering at me most shamelessly.

DAE. Good gracious! what men are those, Sceparnio, along the shore. I take it, they have been wrecked at sea.

SC. Right you are—and our cottage has been wrecked on shore, tiles and all.

DAE. Whew! Poor souls, what a plight! They are overboard, and how they swim! PL. Dear, dear, where are they?

DAE. Here to the right: don't you see them along the shore?

PL. Why, so I do! (*to friends.*) Follow me! If only it were the man I seek, that accursed wretch! Take care of yourselves! (*Exeunt PLESIDIPPUS and friends to shore, L.*) SC. We won't forget that, even without a hint from you. But, O Palaemon, Neptune's holy comrade, what is this I see? DAE. What do you see?

SC. I see two girls sitting in a skiff by themselves. How they are tossed about, poor things! Good, good, excellent! A wave has sheered the skiff from the rock to the shore. No helmsman could possibly have made a better course of it. I don't believe I ever saw a bigger sea. They are all right, if only they get clear of yonder surf. Now is the crisis—now! One of them is washed out by the wave. But she is in shallow water; now she'll easily get ashore. Bravo! she is on her feet and is coming our way. All's well! But the other has leapt ashore from the skiff. See how the poor frightened thing has fallen on her knees in the water! She's all right; she has made her way out and now she's ashore. Ah, she has turned to the right and is going to perdition. Dear me! she'll have a pretty ramble this day. DAE. What's that to you?

- SC. Si ad saxum, quo capessit, ea deorsum cadit,  
Errationis fecerit compendium. 180
- DAE. Si tu de illarum cenaturus uesperis,  
Illis curandum censeo, Sceparnio :  
Si apud me essuru's, mihi dari operam mauolo.
- SC. Bonum aequomque oras. DAE. Sequere me hac  
ergo. SC. Sequor.

## PALAESTRA.

- Nimio hominum fortunae minus miserae memo- I 3  
rantur 185
- Quam quantum experiundo is datur acerbitatum.  
Nescioquoui hoc deo complacitumst me hoc ornatur  
ornatam in incertas
- Regiones timidam eiectam ? 187<sup>b</sup>
- Hancine ego ad rem natam miseram memorabo ?  
hancine ego partem
- Capio ob pietatem praecipuam ?
- Nam hoc mihi nil laborist laborem hunc potiri, 190
- Sic si erga parentem aut deos me inpiavi :
- Sed id si parate curavi ut cauerem,  
Tum mi hoc indecore inmodeste datis di.
- Nam quid sibi habebunt inpii insigne posthac,  
Si ad hunc modumst innoxii honor apud uos ? 195
- Nam me si fecisse aut parentis sceleste  
Sciam, minus me miserer.
- Sed erile scelus me sollicitat, eius med inpietas  
male habet :
- Si nauem atque omnia perdidit in mari : em haec  
eius sunt bonum relliquiae.
- Etiam quae simul 200
- Vecta mecum in scaphast, Ampelisca, excidit:  
Ego nunc sola sum. 201<sup>b</sup>

SC. If she falls down the rock to which she is clinging, she'll cut short her ramble.

DAE. If it is at the expense of those girls that you are going to dine to-night, Sceparnio, you would do well, I think, to look after them ; but if you mean to eat in my house, then I would have you attend to me.

SC. That's only fair and square.

DAE. Well, follow me this way.

SC. All right ! (*Exeunt DAE. and SC. into cottage, R.*)

### SCENE III.

(*Enter PALAESTRA from shore, L.*)

PA. Man's lot is far less wretched in the telling than the measure of sorrow that falls to his share in real life. Can some deity or other have designed that I, in such a guise as this, should be cast upon this unknown shore, a timid girl? Was it for this—woe is me!—that I was born? Is this the reward I am to get for my great goodness? It would not be hard for me to bear this hardship, if towards parents or towards heaven I had ever acted undutifully. But I have been particularly careful to avoid such conduct: surely, then, all undeservedly and ungently are ye Gods dealing with me. What guerdon will the wicked have hereafter, if innocence is to be rewarded in this way by you? If I were conscious of any sin of mine or of my parents, I should be less sorry for myself. But it is my master's sin that pursues me; his wickedness it is that afflicts me. His ship and all he had he has lost in the sea; this is the sorry remnant of his estate. Ampelisca, too, my companion in the boat, has been washed



Quae mihi si foret salua saltem labor

Lenior esset hic mi eius opera.

Nunc quam spem aut opem aut consili quid  
capessam

Ita hic solis solis locis conpotita? 205

Hic saxa sunt hic mare sonat neque quisquam mi  
obuiam homo uenit.

Hoc quod induta sum summae opes oppido,

Nec cibo nec loco tecta quo sim scio :

Quae mihist spes qua me uiuere uelim?

Nec loci gnara sum nec dius hic fui : 210

Aliquem saltem uelim qui mihi ex his locis

Aut uiam aut semitam monstret: ita nunc

Hac an illac eam incerta sum consili,

Nec prope usquam hic quidem cultum agrum  
conspicor,

Algor, error, pauor, me omnia tenent. 215

Haec, parentes mei, me hauscitis miseri nunc  
miseram esse ita uti sum.

Libera ego prognata fui maxume, nequiquam fui.

Nunc qui minus seruius quam si forem serua nata?

Neque quicquam umquam ibus profuit qui me sibi  
eduxerunt.

AMPELISCA. PALAESTRA.

AM. Quid mihi meliust, quid magis in remst, quam I 4  
corpore uitam ut secludam? 220

Ita male uiuo atque ita mihi multae in pectore  
sunt curae exanimales :

Ita res se habent : uitae hau parco : perdidisti spem  
qua me oblectabam.

Omnia iam circumcursauimus atque omnibus latebris  
perreptaui

away. I am now alone. Were she but saved, she would help to lighten my distress. But, as it is, what hope or aid or plan can I find, left thus mistress of this lone, lone spot? On this side, rocks; on that, the sounding sea—and not a soul is nigh! These clothes I wear are positively all I have. I have no idea where I can get food or lodging. What hope have I that should make life worth living? I don't know this place. I never saw it before. Would that somebody would only show a road or path away from here! At present, I have no notion which way to turn, nor is there anywhere at hand a sign of cultivation to be seen. Cold, distraction, fright—there is nothing I'm not a prey to. Of all this, dear parents, you are unaware; alas! you do not know that I am at this moment in such a plight as this. I was of the gentlest of gentle birth, but all in vain. Now how am I less a slave than if I had been slave-born? No comfort has all this ever been to those who brought me up.

## SCENE IV.

*(Enter AMPELISCA from shore, L.)*

AM. Could I do anything better or anything more fitting, than make away with myself? So wretched is my life, and so many deadly distresses crowd my heart. It has come to this,—I reckon not aught of life: gone is the hope with which I solaced myself. All around I have wandered, searching every

- Quaerere conseruam : uoce, oculis, auribus ut  
uestigarem.
- Neque eam usquam inuenio neque quo eam neque  
qua quaeram consultumst, 225
- Neque quem rogitem responsorem quemquam  
interea conuenio.
- Neque magis solae terrae solae sunt quam haec  
loca atque haec regiones.
- Neque si uiuit eam uiua umquam quin inueniam  
desistam.
- PA. Quoianam mihi uox prope hic sonat ?
- AM. Pertimui : quis hic loquitur tam prope ? 230
- PA. Spes bona, obsecro, subuenta mihi.
- AM. Mulier est, muliebris uox mi ad auris uenit.  
Eximesne me ex hoc miseram metu ?
- PA. Certo uox muliebris auris tetigit meas :  
Num Ampelisca obsecrost ? AM. Ten, Palaestra,  
audio ? 235
- PA. Quin uoco, ut me audiat, nomine illam suo ?  
Ampelisca ! AM. Hem, quis est ? PA. Ego,  
Palaestra : em tibi.
- AM. Dic ubi's ? PA. Pol ego nunc in malis plurumis.
- AM. Socia sum nec minor pars meast quam tua.  
Sed uidere expeto te. PA. Mihi's aemula. 240
- AM. Consequamur gradu uocem : ubi's ? PA. Ecce me :  
Accede ad me atque adī contra. AM. Fit sedulo.
- PA. Cedo manum. AM. Accipe.
- PA. Dic : uiuisne, obsecro ?
- AM. Tu facis me quidem uiuere ut nunc uelim,  
Quom mihi te licet tangere : ut uix mihi 245  
Credo ego hoc, te tenere. obsecro, amplectere,  
Spes mea : ut me omnium iam laborum leuas.
- PA. Occupas praeloqui quae mea oratiost.  
Nunc abire hinc decet nos. AM. Quo amabo  
ibimus ?

nook, to find my partner in captivity, calling for her, looking for her, listening for her, so as to track her out. Nowhere can I find her, nor can I make up my mind where to go or where to continue my search. Nor can I find anybody anywhere to answer my questions. Surely no desert is more deserted than is this spot and the country round. If she is alive, as long as I live, I will never give up my search.

PA. Whose voice is this that I hear hard by? I am all of a tremble.

AM. Who is speaking so near?

PA. Kind Hope, come to my aid, I pray thee!

AM. It is a woman; a woman's voice falls on my ear. Won't you help a poor girl out of this fright?

PA. Surely it is a woman's voice that has reached my ear. Say, is it Ampelisca?

AM. Is it you I hear, Palaestra?

PA. Let me shout her name aloud that she may hear? Ampelisca!

AM. Ho! who is that? PA. See here, 'tis I, Palaestra.

AM. Do tell me where you are.

PA. Well, I am in a sea of trouble.

AM. I'm in the same case, nor is my share less than yours. But I am dying to see you.

AM. Let us move forward to where the voice comes from. Where are you?

PA. Here I am! Do you come and meet me.

AM. That's just what I'm doing. PA. Reach me your hand.

AM. There it is. PA. Do tell me! are you alive?

AM. You make me in love with life again, now that I can touch you. I can hardly believe that I have got you. Do take me in your arms, I pray you, dearest. How in a moment you lighten all my load!

PA. You have taken out of my mouth the very words I was going to speak. Now we must away.

AM. Where, dearest, shall we go?

- PA. Litus hoc persequamur. AM. Sequor quo lubet. 250  
 PA. Sicine hic cum uuida ueste grassabimur?  
 AM. Hoc quod est id necessariumst perpeti.  
 Sed quid hoc obsecrost?  
 PA. Quid? AM. Viden, amabo, fanum? PA. Vbist?  
 AM. Ad dexteram: uidesne hoc?  
 PA. Video decorum dis locum uiderier.  
 AM. Haud longe abesse oportet homines hinc, ita hic  
 lepidust locus. 255  
 PA. Hunc quisquis est deus ueneror ut nos ex hac  
 aerumna eximat  
 Aut miseras inopes aerumnosas ut aliquo auxilio  
 adiuuet.

## PTOLEMOCRATIA. PALAESTRA. AMPELISCA.

- PT. Qui sunt qui a patrona preces mea expetessunt? I 5  
 Nam uox me precantum huc foras excitauit.  
 Bonam atque obsequentem deam atque haud  
 grauatum 260  
 Patronam exsequontur benignamque multum.  
 PA. Iubemus te saluere, mater. PT. Saluete,  
 Puellae: sed unde uos ire cum uuida  
 Veste, dicam obsecro,  
 Tam maestiter uestitas? 265  
 PA. Ilico hinc imus haud longule ex hoc loco  
 Verum longe hinc abest, unde aduectae huc sumus.  
 PT. Nempe equo ligneo per uias caerulas  
 Estis uectae? PA. Admodum. PT. Ergo  
 aequius uos erat  
 Cai. Jidatas uenire hostiatasque: ad hoc  
 Fanum ad istunc modum non ueniri solet. 270  
 PA. Quaene eiectae e mari simus ambae, obsecro,  
 Vnde nos hostias uoluisti huc adigere?  
 Nunc tibi amplectimur genua egentes opum,

PA. Let us follow the line of the shore.

AM. I will come wherever you like.

PA. Shall we go as we are, with our clothes all wet ?

AM. What can't be cured must be endured. But, dear me, what have we here ?

PA. Where ?

AM. Do you see this temple, my dear ?

PA. Where ?

AM. On the right.

PA. The place I see is fit for the gods themselves.

AM. There must be somebody not far from here—the spot is so charming.

PA. I pray the God, whoever he may be, to deliver us from this distress ; to lend us a helping hand in our misery, helplessness and woe.

## SCENE V.

*(Enter PTOLEMOCRATIA from the temple, c.)*

Pt. Who be these that have a boon to ask of my patroness ? Suppliant voices have brought me out. The goddess they seek is kind and compliant, an ungrudging mistress, and gracious indeed.

PA. Good-morrow to you, mother.

Pt. Good-morrow, maidens. But whence come you, pray, with dripping garments, in such sorry guise ?

PA. We are just come from quite close by, but far away off from here is the place we sailed from.

Pt. You mean that on shipboard you made your way across the tracks of the blue sea ?

PA. Just so.

Sc. Then were it more fitting for you to come in garments white and bringing victims. This temple is not wont to be visited after such a fashion.

PA. When two women have been shipwrecked, where, pray, would you have them get the victims from ? Now we clasp

Quae in locis nesciis nescia spe sumus, 275  
 Vt tuo recipias tecto seruesque nos

Miseriarumque te ambarum uti misereat :

Quibus nec locust ullus nec spes paratast,  
 Neque hoc amplius quod uides nobis quicquamst.

PT. Manus mihi date exurgite a genibus ambae : 280

Misericordior nulla mest feminarum,

Sed haec pauperes res sunt inopesque, puellae :

Egomèt uix hic uitam colo: Veneri cibo meo  
 seruio.

AM. Veneris fantum, obsecro, hoc est? 284

PT. Fateor: ego huius fani

Famula et sacerdos clueo. 285<sup>b</sup>

Verum quicquid est comiter fiet a me,

Necopia quo ualebit.

Ite hac inecum. PA. Amice benigneque honorem,

Mater, nostrum habes. PT. Oportet.

275 thy knees in utter want, for we know not where we are nor  
what to look for, begging thee to receive us in thy temple and  
keep us safe, and to show pity for both of us in our distress.  
st. For we have neither home nor hope left, nor have we aught  
280 beyond what you see.

Pr. Give me your hands. Rise, both of you, from your  
knees. No one among women is more compassionate than I.  
But scant means are mine, my girls, and poor. Scarce can I  
keep body and soul together. I serve Venus at my own  
charges.

284 AM. So this is Venus's temple, is it?

Pr. Yes, and I am known as the attendant and priestess of  
285<sup>b</sup> the temple. But you shall have every courtesy from me, so  
far as my poor means allow. Come this way with me.

PA. In kindly generous wise dost thou receive us, mother.

Pr. 'Tis meet. (*Exeunt PR., PAL. and AMP. into temple.*)



## ACTVS II.

## PISCATORES.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines miseri uiuont, II 1  
 Praesertim quibus nec quaestus est nec didicere artem 290  
 nullam.

Necessitate quicquid est domi id sat est habendum.  
 Nos iam de ornatu propemodum ut locupletes simus scitis.  
 Hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et  
 cultu,

Cotidie ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum. 295  
 Pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus :  
 Echinos, lopadas, ostreas, balanos agitamus, conchas,  
 Marinam urticam, musculos, placusias striatas.  
 Postid piscatum hamatilem et saxatilem adgredimur,  
 Cibum captamus e mari. si euentus non euenit 300  
 Neque quicquam captumst piscitum, salsi lautique pure  
 Domum redimus clanculum, dormimus incenati.  
 Atque ut nunc ualide fluctuat mare, nulla nobis spes est :  
 Nisi quid concharum capsimus, cenati sumus profecto.  
 Nunc Venerem hanc ueneremur bonam, ut nos lepide 305  
 adiuerit hodie.

## TRACHALIO. PISCATORES.

TR. Animum aduersaui sedulo, ne erum usquam prae- II 2  
 terirem :

Nam quom modo exibat foras, ad portum se aibat ire :  
 Me huc obuiam iussit sibi uenire ad Veneris fanum.  
 Sed quos perconter commode eccos uideo astare :  
 adibo.

## ACT II.

## SCENE I.

(Enter Fishermen, R., coming from the town to their morning's work on the shore, L.)

F. Poor folks have in every way a wretched life of it, especially when they have nothing coming in and have not learnt any trade. Needs must they be content with what they have. From our get-up you can at once pretty well guess the extent of *our* wealth. These hooks and these rods are all we have to earn our living by. Day after day we go down to the sea here from the town to get supplies. This is all the athletics and sports *we* come in for. Sea-urchins, limpets, oysters, barnacles—we catch 'em all—shell-fish, stinging ray, mussels, striped flat-fish. And then we fall to fishing with hooks and from the rocks. The meals we eat we get from the sea. If we have no luck and never a fish comes to our net, very Knights of the Bath we go stealing home and so to bed supperless. And now, with the sea so rough, we can't look for a catch. Unless we get some shell-fish, no supper for us! Now to kind Venus here let us pray that this day may bring us right good luck.

## SCENE II.

(Enter TRACHALIO, R., from the town, in search of his master, PLESIDIPPUS.)

TR. I have kept a sharp look-out, so as not to pass my master anywhere. When he went out a little time ago, he said he was going to the harbour. As for me, he told me to meet him here at Venus's temple. But, I say, just in the nick of time, there are fellows of whom I may inquire. I'll

- Saluete fures maritumi, conchitae atque hamiotae, 310  
 Famelica hominum uatio. quid agitis? ut peritis?
- Pl. Vt piscatorem aequomst, fame sitique. TR. Ec-  
 quem adulescentem  
 Nunc dum hic adstatis strenua facie, rubicundum,  
 fortem,  
 Vidistis, qui tris duceret chlamydatos cum machaeris? 315
- Pl. Nullum istac facie, ut praedicas, uenisse huc sci-  
 mus. TR. Ecquem  
 Recaluom ac silonem senem, statutum, uentriosum,  
 Tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,  
 Deorum odium atque hominum, malum, mali uiti  
 probrique plenum,  
 Qui duceret mulierculas duas secum satis uenustas?
- Pl. Cum istius modi uirtutibus operisque natus qui sit, 321  
 Eum quidem ad carnificemst aequius quam ad Vene-  
 rem conneare.
- TR. At si uidistis, dicite. Pl. Huc profecto nullus uenit.  
 Vale. TR. Valet. credidi: factumst quod suspi-  
 cabar:
- Data uerba ero sunt: leno abit scelestus exulatum. 325  
 In nauem ascendit, mulieres auexit: hariolus sum.  
 Is huc erum etiam ad prandium uocauit, sceleris  
 semen.
- Nunc quid mihi meliust, quam ilico hic operiar  
 erum dum ueniat?
- Eadem haec sacerdos Veneria si quidpiam amplius  
 scit,  
 Si uidero, exquisiuero: faciet me certiolem. 330

AMPELISCA. TRACHALIO.

- AM. Intellego: hanc quae proxumast me uillam Veneris II 3  
 fano  
 Pulsare iussisti atque aquam rogare. TR. Quoia ad  
 auris

310 to them. Good-morrow, riflers of the sea—Knights of the Shell  
and Hook—a starveling tribe! How do you do? How do  
you—don't?

F. Just like fishermen, dying of hunger and thirst!

315 Tr. I say, have you seen a young fellow come here while you  
were by? a brisk-looking, ruddy, stout youth, with a company  
of three, dressed in cloaks and carrying swords?

F. We don't know of anyone answering to your description  
having come here.

Tr. Or a bald-headed, snub-nosed old fellow, well set-up,  
pot-bellied—a beetle-browed, scowling rascal, the abomination  
of Gods and men—curse him!—a sink of iniquity and vil-  
lainy, with two rather pretty girls at his heels?

321 F. If these are his qualities and such his record, 'twere fitter  
for him to make straight for the hangman than for Venus's  
temple.

Tr. Do tell me if you have seen him.

F. He has certainly not been here at all, take our word for  
it. Good-bye. (*Exeunt FISHERMEN to shore, l.*)

325 Tr. Good-bye to you! I thought as much. It has hap-  
pened just as I expected: my master has been taken in, and  
that scoundrel of a dealer has fled the country. He's gone  
aboard ship and taken the girls with him. O my prophetic  
soul! He invited my master to luncheon here—the fountain  
of iniquity that he is! Now, what better course for me than  
to wait here until my master comes? In case I come across  
her, I'll take the opportunity to see whether the priestess of  
330 Venus here knows anything more. She will tell me.

## SCENE III.

(*AMPELSCA enters from the temple, c., carrying a pitcher  
in her hand.*)

3 AM. I see; you'd have me knock at the cottage next to  
Venus's temple and ask for water?

Tr. Whose voice is wafted to my ear?

- Vox mi aduolauit? AM. Obsecro, quis hic loquitur  
quem ego uideo?
- TR. Estne Ampelisca haec, quae foras e fano egredi-  
tur? AM. Estne hic
- Trachalio, quem conspicio, calator Plesidippi? 335
- TR. East. AM. Is est: Trachalio, salue. TR. Salue,  
Ampelisca:
- Quid tu agis? AM. Aetatem haud malam male. TR.  
Melius ominare.
- AM. Verum omnis sapientis decet conferre et fabulari.  
Sed Plesidippus tuos erus ubi amabo, est? TR. Heia  
uero,
- Quasi non sit intus. AM. Neque pol est neque huc  
quidem ullus uenit. 340
PL. Take me straight to the dealer. Where is the fellow ?

LA. Good morning.

PL. Plague take your good mornings ! Quick ! Make your choice—will you be rushed off to prison by the scruff of the neck, or will you wait to be arrested ? Choose, while you may.

LA. Neither, please.

PL. Off you go to the sea-shore, Trachalio, as fast as your legs will take you, and bid my friends come to the city and meet me at the harbour—the gentlemen who came along with me—to get this rascal handed over to the police. Then come



- Post huc redito atque agitato hic custodiam.  
 Age, ambula in ius. LA. Quid ego deliqui? PL. 860  
 Rogas?  
 Quine arrabonem a me accepisti ob mulierem  
 Et eam hinc auexti? LA. Non auexi. PL. Quor  
 negas?
- LA. Quia pol prouexi: auehere non quiui miser.  
 Equidem tibi me dixeram praesto fore,  
 Apud Veneris fanum: numquid muto? sumne ibi? 865  
 PL. In iure causam dicito: hic uerbum sat est.  
 Sequere. LA. Obsecro te, subueni, mi Charmides:  
 Rapior optorto collo. CH. Quis me nominat?
- LA. Viden me ut rapior? CH. Video atque inspecto  
 lubens.
- LA. Non subuenire mi audes? CH. Quis homo te rapit? 870  
 LA. Adulescens Plesidippus. CH. Vt nactus, habe:  
 Bono animo meliust te in neruom conreperere:  
 Tibi optigit quod plurimi exoptant sibi.
- LA. Quid id est? CH. Vt id quod quaerant inueniant  
 sibi.
- LA. Sequere, obsecro, me. CH. Pariter suades, qualis es: 875  
 Tu in neruom rapere: eo me obsecras ut te sequar.
- PL. Tu mea Palaestra et Ampelisca, ibidem ilico  
 Manete, donicum huc redeo. LO. Equidem suadeo  
 Vt ad nos abeant potius, dum recipis. PL. Placeat.
- LA. Hospes,— CH. Non sum hospes: repudio hospiti-  
 tium tuum.
- LA. Sicine me spernis? CH. Sic ago: semel fel bibo.  
 Verum tamen ibo, ei aduocatus ut siem, 890  
 Siqui mea opera citius— addici potest.

back and stand on guard here. (*To LABRAX*) Come, march  
860 to the police-station. LA. What is my offence?

PL. What a question! Was it not you who got me to  
give part-payment for the woman, and then carried her off?

LA. I did not carry her off. PL. Why deny it?

LA. Faith, because I brought her on; unfortunately, I  
could not carry her off. I told you I would be on hand at  
865 Venus's temple. I'm keeping my word, am I not? I'm here?

PL. You can state your case at the station; we've had  
enough chatter here. Come along! (*lays hold of him.*)

LA. (*aloud.*) To the rescue, Charmides, I beg of you! I am  
being rushed off to prison by the nape of the neck.

CH. (*Entering from the temple. c.*) Who is shouting for me?

LA. Just look at the way they're rushing me off.

CH. I'm looking; it's a pleasing spectacle.

LA. Won't you try to rescue me?

CH. Who is it that's hustling you away?

LA. Young Plesidippus.

CH. Well, you've made your bed and you must lie on it.  
875 If you have to go to the lock-up, you may as well put a good  
face on it. Luck has put in your way what many a man  
earnestly desires. LA. What's that?

CH. Why, to reach his proper goal.

LA. Come with me, there's a good fellow.

CH. Just like you! You're being run in, and you are beg-  
ging me to go along with you.

PL. Palaestra dear, and Ampelisca, too, stay just where you  
are till I come back.

LO. Really, sir, I recommend that they come to us rather,  
890 till you get back. PL. All right.

LA. Dear friend—(*To Charmides.*)

CH. I'm not your dear friend; I renounce your friendship.

LA. Is it thus you spurn me?

CH. Yes, that's my line: once bit, twice shy. (*PLESIDIPPUS  
drags LABRAX off. The LORARI and the women go into Daemones'  
cottage, r.*) For all that I'll go and give him my backing, in  
the hope that I may help to get him more quickly—convicted.

## ACTVS IIII.

## DAEMONES.

Bene factum et uolup est hodie me his mulierculis IV 1  
 Tetulisse auxilium : iam eluentas repperi,  
 Atque ambas forma scitula atque aetatula.  
 Sed uxor scelesta me omnibus seruat modis, 895  
 Ne qui significem quidpiam mulierculis.  
 Sed Gripus seruos noster quid rerum gerat  
 Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.  
 Pol magis sapisset, si dormiuisset domi :  
 Nam nunc et operam ludos facit et retia, 900  
 Vt tempestas est nunc atque ut noctu fuit.  
 In digitis hodie percoquam quod ceperit :  
 Ita fluctuare uideo uehementer mare.  
 Sed ad prandium uxor me uocat: redeo domum.  
 Iam meas opplebit auris uaniloquentia. 905

## GRIPVS.

Neptuno hasce ago gratias meo patrono, IV 2  
 Qui salsis locis incolit pisculentis,  
 Quom med ex suis pulcre ornatum expediuit  
 Templis redducem pluruma praeda onustum 910  
 Salute horiae, quae in mari fluctuoso  
 Piscatu nouo me uberi conpotiuit.  
 Miroque modo atque incredibili hic piscatus mihi  
 lepide evenit,  
 Neque piscium ullam unciam pondo hodie cepi,  
 nisi hoc quod fero hic in rete.  
 Nam ut de nocte multa inpigreque exsurrexi, 915

## ACT IIII.

## SCENE I.

(Enter DAEMONES from his cottage, R.)

895 DAE. It's a good thing that I helped these girls to-day, and I'm glad of it. I've chanced on a couple of *protégées*, both of them young and pretty. But that shrew of a wife of mine keeps her eye on me at every turn, to prevent me from making the slightest sign to my young friends. Well, I wonder what on earth my man Gripus is up to—he went off to the fishing late at night. Gad! he would have had more sense, if he had slept in his bed at home. For as it is, he's fooling away his energies, and his nets too, to judge by the weather now and over-night. I'll fry on my fingers his whole day's catch, there's such a heavy sea running. But here's my wife, calling me to lunch. I'll to the house. She'll soon be stuffing my ears with her empty chatter. (Exit DAEMONES.)

900

905

## SCENE II.

(Enter GRIPUS from the shore, L.)



10 GR. Thanks be to Neptune for this—my patron Neptune—tenant of the salt and fishy deep. He has sped me home from his domain with a splendid haul, and laden with rich booty. My smack, too, is safe and sound; though there was a heavy sea on, it brought me a strange take and a rich one. It's marvellous and past belief, the lucky catch that I've had. And yet I haven't taken an ounce weight this day, barring what I carry here in the net. I jumped with right good will out of bed, at dead of night, thinking more of gain

5



Lucrum praepositi sopori et quieti :  
 Tempestate saeva experiri expetui,  
 Paupertatem eri qui et meam seruitutem  
 Tolerarem : opera haud fui parcus mea.  
 Nimis homo nihilist si quis piger est, nimisque id genus  
 odi ego male malacum. 920  
 Vigilare decet hominem qui uolt sua temperi conficere  
 officia :  
 Non enim illum expectare id oportet, dum erus se ad  
 suum suscitet officium.  
 Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro et cum malo quie-  
 scunt.  
 Nam ego nunc mihi qui inpiger fui,  
 Repperi ut piger si uelim siem.  
 Hoc ego hic in mari, quidquid est repperi,  
 Quidquid est, graue quidemst : 925  
 Aurum hic ego inesse reor. nec mi conscius est ullus  
 homo : nunc haec  
 Tibi occasio, Gripe, optigit ut \*liber eas ex praetore et  
 populo.  
 Nunc sic faciam, sic consillumst : ad erum veniam docte  
 atque astu.  
 Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.  
 Iam ubi liber ero, igitur demum mi instruam agrum atque  
 aedis, mancipia : 930  
 Nauibus magnis mercaturam faciam, apud reges rex per-  
 hibebor.  
 Post animi causa mihi nauem faciam atque imitabor Stra-  
 tonicum :  
 Oppida circumuectabor. ubi nobilitas mea erit clara,  
 Oppidum magnum conmoenibo : ei ego urbi Gripo in-  
 dam nomen,  
 Monumentum meae famae et factis, ibi regnum mag-  
 num instituum. 935  
 Magnas res hic agito in mentem instruere. hunc nunc  
 uidlum condam.  
 Sed hic rex cum aceto pransurust et sale, sine bono pul-  
 mento.

than of sleep and rest. It was foul weather, but I was bent on trying to make things easier for my poor master and his slave as well. I did not spare myself, I tell you. A lazy servant is not worth his salt—that's the kind I utterly abominate. You must do with little sleep, if you mean to get through with your work betimes. You can't wait for your master to prod you on to your work. Why, your lie-a-bed makes nothing by his snoozing, and suffers for it. Look at me, now! I was up and doing, and so I have found something that will let me take it easy, if I like. This I found in the sea—whate'er it be, 'tis wondrous heavy. Gold! there must be gold inside, and not a soul knows anything about it except myself. Now, Gripus, now's your time to get magistrate and people to give you your freedom. Here's my notion of what I'll do. I'll go to my master, like the clever crafty fellow that I am. I will make him short offers for my freedom; then, when I'm a free man I'll get me lands and houses and slaves. I'll build great liners, and do a big trade. I'll be Sir Gripus—with the best of them! Next, for my pleasure, I'll build a yacht and play Stratonicus doing the grand tour. When I have made a name for myself, I'll build a great big city and call it Gripusville, to immortalize my glorious career; there will I found a great empire. Such vast designs do I cherish in my heart. For the nonce, I shall put this wallet out of sight. *(Takes his breakfast out of his scrip and looks at it.)* But poor Sir Gripus must have vinegar and salt to his lunch and go without a relish.





**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503



0  
16  
18  
20  
22  
25  
28  
32  
36  
40

10  
12  
14  
16  
18  
20

## TRACHALIO. GRIPVS.

TR. Heus mane. GR. Quid maneam? TR. Dum hanc IV 3  
tibi

Quam trahis rudentem complico.

GR. Mitte modo. TR. At pol ego te adiuvoo,  
Nam bonis quod bene fit, haud perit.

GR. Turbida tempestas heri fuit :  
Nil habeo, adulescens, piscium,  
Ne tu mihi esse postules.

940

Non uides referre me uuidum

Rete sine squamoso pecu ?

TR. Non edepol piscis expeto  
Quam tui sermonis sum indigens.

GR. Enicas iam odio quisquis es. TR. Non sinam  
Ego abire hinc te : mane.

GR. Caue sis malo : quid tu, malum, nam me retro  
retrahis? TR. Audi.

945

GR. Non audio. TR. At pol qui audies. GR. Post.  
TR. Nunc. GR. Quin loquere quid uis.

Quid id est. TR. Vide, num quispiam consequitur  
prope nos. GR. Nemost.

Ecquid est quod mea referat? TR. Scilicet :  
Sed boni consili ecquid in te mihist?

950

GR. Quid negotist, modo dic. TR. Dicam, tace,  
Si fidem modo das te non fore

Infidum, mihi. GR. Do fidem tibi :

Fidus ero, quisquis es. TR. Audi.

955

Furtum ego uidi qui faciebat :

Noram dominum id quoi fiebat.

Post ad furem egomet deuenio

Feroque ei condicionem hoc pacto :

Ego istuc factum scio quoi factumst :

Nunc mihi si uis dare dimidium,

## SCENE III.

*(Enter TRACHALIO from shore, l.)*

TR. Holloa, you there—stop!

GR. What for?

TR. To let me coil up the rope you are dragging after you.

GR. Just you leave it alone!

TR. Confound it! I'm helping you. A good turn done to a good fellow is never thrown away.

GR. There was quite a storm yesterday. Nary a fish have I got, young man; don't you be looking for any. It's a drenched net that I'm taking home—don't you see?—none of the finny tribe.

TR. Gad-zooks! I don't want any of your fish. I just want a little talk with you.

GR. I loathe the very sight of you, whoever you are.

TR. I won't let you go off. Stop!

GR. You had better take care. Why the deuce are you hanging on to me?

TR. Hear me. GR. No, I won't.

TR. Gad, you shall hear me!

GR. By-and-bye. TR. Now!

GR. Well, tell me what it is you want.

TR. Make sure that nobody is dogging our steps.

GR. There is nobody. Has it anything to do with me?

TR. Why, certainly; but I am wondering if you can give me a bit of good advice.

GR. What about? Out with it!

TR. 'Sh! I'll tell you, if you will only pass your word that you'll not peach.

GR. All right, I do. I won't blab, no matter who you are.

TR. Listen! I saw a fellow stealing something, and I knew the man it belonged to. Then I make a call upon the thief, and put it to him in this way: "I know the man you stole that from. Now, if you like to go halves, I'll not tell the

c IV 3

940

D

945

950

955

Indicium domino non faciam.

Is mihi nihil etiam respondit.

Quid inde aequomst dari mihi? dimidium

Volo tu dicas. GR. Immo hercle etiam amplius :

960

Nam nisi dat, domino dicendum

Censeo. TR. Tuo consilio faciam.

Nunc aduerte animum : namque hoc omne

Attinet ad te. GR. Quid factumst?

TR. Vidulum istum quoius noui ego hominem iam

pridem. GR. Quid est?

TR. Et quo pacto perit. GR. At ego quo pacto inuen-

tust scio :

Et qui inuenit hominem noui, et dominus qui nunc

est scio :

965

Nihilo pol pluris tua hoc quam quanti illud refert mea.

Ego illum noui quoius nunc est : tu illum quoius

antehac fuit.

Hunc homo feret a me nemo : ne tu te speres pote.

TR. Non ferat, si dominus ueniat? GR. Dominus huic,

ne frustra sis,

Nisi ego nemo natust, hunc qui cepi in uenatu meo.

TR. Itane uero? GR. Ecquem esse dices in mari pis-

cem meum?

971

Quos quom capio, si quidem cepi, mei sunt : habeo

pro meis.

Nec manu adseruntur neque illinc partem quisquam

postulat.

In foro palam omnis uendo pro meis uenalibus.

Mare quidem commune certost omnibus. TR. Ad-

sentio.

975

GR. Qui minus hunc communem quaeso mihi esse oportet uidulum?

TR. In mari inuentust communi. GR. Abin inpudenter

inpudens :

Nam si istuc ius sit quod memoras, piscatores perierint.

owner." The fellow answered never a word. What, in fairness, ought I to get out of it? Half?—that's what I want you to tell me.

GR. Gad, yes! and more, too! Why, if he won't go halves you'll have to tell the owner, say I.

TR. I'll take your advice. Now, look here, it's you that are in this whole business.

GR. What's up?

TR. That wallet there—I have known its owner for ever so long.

GR. What's that?

TR. Yes, and how it was lost.

GR. Ah, but I know how it was found and I know the man that found it, and I know who owns it at this moment. That's nothing to you—any more than what you said is anything to me. I know who owns it now. You know who owned it before. Nobody will get it from me—you take your oath on that!

TR. Won't the owner get it if he should come?

GR. Owner? Never a mother's son is the owner of this, you bet! I got it at the fishing.

TR. Say you so?

GR. A fish in the water—could you call that mine? When I catch it, if I do catch it, it becomes mine. I treat it as my property. No one can lay a finger on my fishes or claim a share of them. I sell them all in open market as my own wares. The sea is surely open to everybody.

TR. It is.

GR. Then, why, I ask, shouldn't this wallet be open to me?

TR. 'Twas found in the open sea.

GR. Get out with your shameless cheek! If there's right in what you say, why, it's all up with fishermen, for the moment

Quippe quom extemplo in macellum pisces prolati  
sient,

Nemo emat : suam quisque partem piscium poscant  
sibi :

Dicant in mari communi captos. TR. Quid ais, impu-  
dens ? 980

Ausu's etiam comparare uidulum cum piscibus ?  
Eadem tandem res uidetur ? GR. In manu non est  
mea :

Vbi demisi rete atque hamum, quidquid haesit ex-  
traho.

Meum quod rete atque hami nanti sunt, meum  
potissimumst.

TR. Immo hercle haud est, si quidem quod uas exce-  
pisti. GR. Philosophe. 985

TR. Sed tu enumquam piscatorem uidisti, uenefice,  
Vidulum piscem cepisse aut protulisse ullum in fo-  
rum ?

Vel te mihi monstrare oportet piscis qui sit uidulus :  
Vel quod in mari non natumst neque habet squamas  
ne feras.

GR. Quid, tu antehac numquam audiuisti esse uidulum :  
piscem ? TR. Scelus,

Nullus est. GR. Inmost profecto : ego qui sum  
piscator scio.

Verum raro capitur : nullus minus saepe ad terram  
uenit. 995

TR. Nil agis : dare uerba speras mihi te posse, furcifer.  
Quo colorest ? GR. Hoc colore capiuntur pauilluli :  
Sunt alii puniceo corio, magni item atque atri. TR.

Scio :  
Tu hercle, opino, in uidlum piscem te convortes,  
nisi caues :

Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo. 1000

GR. Quod scelus hodie hoc inueni. TR. Verba facimus :  
it dies.

fish is put on the market, not a soul will buy. Every one would claim his share, saying they were caught in the sea—which is open to all.

TR. What's that, you impudence? Have you the face to set a wallet on a par with fish? Do you really think it's all one?

GR. I can't control my catch. When I let down net and line, I pull up the catch, whatever it is. All's fish that comes to my net,—and it all belongs to me.

TR. No, by the powers, it does not!—when you catch a bag, for instance.

GR. O you sophist!

TR. But you, you miracle-monger, have you ever seen a fisherman catch a wallet-fish or put one on the market? You must either show me what a wallet-fish is like, or else you'll not walk off with a thing that wasn't grown in the sea and hasn't got scales.

GR. What! Have you never heard tell of the wallet-fish till now?

TR. You rascal!—there's no such thing!

GR. Yes, but there is! I'm a fisherman, and I know. But 't isn't often caught. There's no fish they take so few of.

TR. Bosh! Do you think you are able to gull me, you gallows-bird? What colour is it?

GR. It's only quite little ones that are caught of this colour. There are others with a bright red skin, big ones, and there are black ones too.

TR. Yes, yes. I' faith, I've a notion that you'll be turning into a wallet-fish unless you look out. That hide of yours will be red, yes, and black and blue too.

- Vide sis, quouis arbitrato facere nos uis. GR. Viduli  
Arbitrato ita fit. TR. Enimvero stultus es. GR.  
Salue, Thales.
- TR. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut  
arbitrum,  
Quouis haec res arbitrato fiat. GR. Quaeso sanum es?
- TR. Elleborosus sum. GR. At ego cerritus: hunc non  
amittam tamen. 1006
- Vis pugnare? TR. Quid opust? quin tu potius  
praedam diuide.
- GR. Abeo ego hinc. TR. At ego hinc offectam nauem,  
ne quo abeas: mane.
- GR. Si tu proreta isti nauis, ego gubernator ero.  
Mitte rudentem, sceleste. TR. Mittam: omitte  
uidulum. 1015
- GR. Numquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunator.  
TR. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur  
Aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur.
- GR. Quemne ego excepi in mari— TR. At ego in-  
spectaui e litore.
- GR. Mea opera labore et rete et horia. TR. Numqui  
minus, 1020
- Si ueniat nunc dominus quouist, ego qui inspectaui  
procul  
Te hunc habere, fur sum quam tu? GR. Nihilo.  
TR. Mane, mastigia:
- Quo argumento socius non sum et fur sum, factum  
ex te sciam.
- GR. Nescio: neque ego istas uostras leges urbanas scio,  
Nisi quia hunc meum esse dico. TR. Et ego item  
esse aio meum. 1025
- GR. Mane: rem repperi quo pacto nec fur nec socius  
sies.
- TR. Quo pacto? GR. Sine me hinc abire: tu abi taci-  
tus tuam uiam,



GR. Here's a pretty mess I'm in to-day!

TR. We're wasting words. Time's flying. See here, now!  
By whose decision are we to settle the matter?

GR. The wallet's. TR. Really, you are an ass.

GR. I bow to you, Sir Thales.

TR. That wallet you shan't walk off with this day, unless  
you name a receiver or arbitrator to settle the matter.

GR. I say, are you in your right mind?

TR. I am mad enough.

GR. And I stark mad, but not so mad as to let go this  
wallet. Do you want to fight?

TR. What's the use. Hadn't we better go halves?

GR. Now I'm off (*going off*.)

TR. But I will put the ship about, so that you'll have to  
bring up where you are.

GR. If you are to be bow-oar aboard this craft of yours, I'll  
take the helm. Let go the rope, you rascal.

TR. I will: you drop the wallet.

GR. Gad-zooks! you will never be one scrap the better for  
this to-day.

TR. Say "no" as often as you like, you can't get over me—  
unless you go shares or refer the matter to an arbitrator or  
put the article in the hands of a receiver.

GR. What, when 'twas I that fished it up at sea—

TR. But 'twas I that watched you from the shore.

GR. With my own toil and trouble, with my own net  
and my own boat?

TR. But if the owner were now to come, should I be  
any the less a thief than you, when I stood by and watched  
you keeping his property? GR. Not a whit! (*starts off again*.)

TR. Stop, you scoundrel! Just let me hear from you how  
you prove that I'm not to share and yet am a thief.

GR. Can't say; I know nothing about those city laws  
of yours. All I say is that this is mine.

TR. And I just as much say it's mine. GR. Stop now, I  
see how to work it; you needn't be a thief or get a share either.

Nec tu me quouquam indicassis neque ego tibi quicquam dabo.

Tu taceto: ego mussitabo. hoc optunum atque acquissimumst.

TR. Ecquid condicionis audes ferre? GR. Iam dudum fero: 1030

Vt abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.

TR. Mane, dum refero condicionem. GR. Te, opsecro hercle, aufer modo.

TR. Ecquem in his locis nouisti? GR. Oportet uicinos meos.

TR. Vbi tu hic habitas? GR. Porro illic longe usque in campis ultimis.

TR. Vin qui in hac uilla habitat eius arbitrato fieri? 1035

GR. Paulisper remitte restem, dum concedo et consulo.

TR. Fiat. GR. Euge, salua res est: praeda haec perpetuast mea.

Ad meum erum arbitrum uocat me hic intra praesepis meas.

Numquam hercle hodie abiudicabit ab suo triobulum.

Ne iste hauscit quam condicionem tetulerit: cibo arbitrum. 1040

TR. Quid igitur? GR. Quamquam istunc esse iure meum certo scio,

Fiat istuc potius quam nunc pugnem tecum. TR. Nunc places.

GR. Quamquam ad ignotum arbitrum me adpellis, si adhibebit fidem,

Etsi ignotust, notus: si non, notus ignotissimumst.

TR. How do you work it ?

GR. Let me be gone ; you go your own way and keep it close. Don't you give me away to anybody and I won't give anything away to you. You hold your tongue ; I'll keep mum—that's fair and square.

TR. Won't you make an offer ?

GR. I've been doing so this long time. You be off ! Drop the rope, and don't bother me.

TR. Stop, while I make an offer to *you*.

GR. Faith, I only wish you'd offer to be off.

TR. Do you know anyone here about ?

GR. My neighbours, of course.

TR. Where do you live ?

GR. Away there ever so far—quite on the edge of the flats.

TR. Will you let the man who lives in this house settle the matter ?

GR. Let go the rope a bit, while I just go off and think it over.

TR. (*Lets go the rope.*) Very well.

GR. (*aside.*) Bravo ! we're all right ! I've bagged this thing for good. It is my master that our friend here is making our arbitrator. I'll be on my own ground here. Never in the world will he give it against his own man to-day, even for a farthing. Sure enough, he has no idea what sort of proposal he has made. I'm on for the umpire.

TR. Well, then ?

GR. I'm quite clear that the wallet is mine by right, but rather than fight you, I'll let you have your way.

TR. I like you now. GR. Although the umpire you're taking me to is a stranger to me, yet if he acts on the square, however strange he may be, he's my friend ; if he doesn't, friend though he be, I'll have none of him.

DAEMONES. PALAESTRA ET AMPELISCA. (LORARI.)  
GRIPVS. TRACHALIO.

DAE. Serio edepol, quamquam volui, vos quae uoltis IV 4  
mulieres, 1045  
Metuo propter uos ne uxor mea mecl extrudat ae-  
dibus.

Vos confugite in aram potius quam ego. PA. et  
AM. Miserae periuus.

DAE. Ego uos saluas sistam: ne timete. sed quid uos  
foras

Prosequimini? quoniam ego adsum, faciet nemo  
iniuriam. 1050

Ite, inquam, domum ambo nunciam ex praesidio  
praesides.

GR. O ere salue. DAE. Salue, Gripe. quid fit? TR.  
Tuost hic? GR. Haud pudet.

TR. Nihil ago tecum. GR. Abi hinc sis ergo. TR.  
Quaeso responde, senex:

Tuos hic seruost? DAE. Meus est. TR. Em,  
istuc optume, quando tuost.

Iterum te saluto. DAE. Et ego te. tum'es, qui haud  
multo prius

Abiisti hinc erum arcessitum? TR. Ego is sum. 1055  
DAE. Quid nunc uis tibi?

TR. Nempe hic tuos est? DAE. Meus est. TR. Istuc  
optume, quando tuost.

DAE. Quid negotist? TR. Vir scelestus illic est. DAE.  
Quid fecit tibi

Vir scelestus? GR. Homini ego isti talos suffringi  
uolo.

DAE. Quid est qua de re litigatis nunc inter uos? TR.  
Eloquar. 1060

GR. Immo ego eloquar? TR. Ego opinor rem faces-  
so. GR. S: quidem

## SCENE IV.

(Enter DAEMONES, PALAESTRA and AMPELISCA  
from the cottage, R.)

DAE. Well now, really, ladies, although I am quite ready to oblige you, I'm afraid my wife will show me the door because of you. I'd rather *you* took refuge at the altar—not I.

PA. and AM. Alas, we're undone! (*They go to the altar.*)

DAE. I'll see you through—never fear. (*To his servants*) But why are you following us about? Now *I'm* here myself, no one will harm them. Home with you both,—you're off duty now. GR. Good-day, sir.

DAE. Good-day, Gripus. What is it?

TR. Is this fellow a slave of yours?

GR. Yes, and no shame to me.

TR. I'm not talking to you.

GR. Well, then, be off and away!

TR. Pray answer my question, sir: is he a slave of yours?

DAE. Yes, he is.

TR. So, so! Capital! He belongs to you, does he? Let me again bid you good-morning.

DAE. The same to you. It was you, wasn't it, who went off to fetch your master a little while ago?

TR. The same.

DAE. Well, what do you want now?

TR. So he is one of your slaves?

DAE. He is.

TR. Capital! He belongs to you?

DAE. Why, what's the matter?

TR. The man is a rogue.

DAE. Why, what has the rogue done to you?

TR. I'd like to see every bone in his body broken.

DAE. What's the matter? What are you squabbling about now? TR. I'll tell you.

GR. No, I'll tell you. TR. I lead off in the case, I think.

- Sis pudicus, hinc facessas. DAE. Gripe, animum  
aduorte ac tace.
- GR. Vtin istic prius dicat? DAE. Audi. loquere tu.  
GR. Alienon prius  
Quam tuo dabis orationem? TR. Ut nequitur  
conprimi.
- Ita ut ocepi dicere, illum quem dudum e fano  
foras 1065
- Lenonem extrusist; hic eius uidulum eccillum tenet.
- GR. Non habeo. TR. Negas quod oculis uideo? GR.  
At ne uideas uelim.
- Habeo—non habeo: quid tu me curas quid rerum  
geram?
- TR. Quo modo habeas, id mea refert, iurene anne iniuria.
- GR. Ni istum cepi, nulla causast quin me condones  
cruci. 1070
- Si in mari reti prehendi, qui tuom potiuist quam  
meum?
- TR. Verba dat: hoc modo res gestas, ut ego dico.  
GR. Quid tu ais?
- TR. Quod primarius uir dicat, conprime hunc sis, si  
tuost:
- GR. Quid? tu idem mihi uis fieri, quod erus consueuit  
tibi?
- Si ille te conprimere solitust, hic nos noster non  
solet. 1075
- DAE. Verbo illo modo ille uicit. quid nunc tu uis? dic  
mihi.
- TR. Equidem ego neque partem posco mihi istinc de  
istoc uidulo
- Neque meum esse hodie umquam dixi: sed isti  
inest cistellula
- Huius mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam.
- DAE. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum  
popularem meam? 1080

GR. If you had any sense of shame, you'd lead yourself off. DAE. Attention, Gripus! Hold your tongue!

GR. What, and let him speak first?

DAE. (*to GRIPUS*). Do you listen. (*to TRACHALIO*.) Speak you.

GR. You are going to let another man's slave have the first word, before your own?

TR. There's no stopping him. As I was saying, he has got hold of a wallet belonging to the dealer whom you turned out of the temple a little while ago.

GR. No, I haven't.

TR. Do you say "no," when I see it with my own eyes?

GR. (*aside*.) Plague take your eyes! Suppose I have, suppose I haven't, why should you be minding my business?

TR. The question is how you came by it—rightly or wrongly.

GR. If it wasn't a lawful take, I'll give you leave to hand me over to the hangman. If I fished it up in my net at sea, how can it be yours more than mine?

TR. That's all gammon! The thing happened according to my account of it.

GR. How say you? TR. Till the first speaker has had his say, shut this fellow up, please, if he is your servant.

GR. I daresay you want me to get what your master is always giving you. It may be his way to be always shutting you up, but that's not so with us.

DAE. Ha, that's one for you! But what do you really want now?

TR. Well, I don't ask to go shares in that wallet, and I have never said that it is my property; but it contains a casket belonging to the woman whom I have been telling you is free-born.

DAE. You mean the one, don't you, of whom you were saying that she was a country-woman of mine?

- TR. Admodum : et ea quae olim parua gestavit cre-  
pundia  
Isti in ista cistula insunt, quae isti inest in uidulo.  
Hoc neque istic usust et illi miserae suppetias feret,  
Si id dederit, qui suos parentis quaerat. DAE.  
Faciam ut det : tace.
- GR. Nihil hercle ego sum isti daturus. TR. Nil peto  
nisi cistulam 1085  
Et crepundia. GR. Hem, quid si ea sunt aurea ?  
TR. Quid istuc tua ?  
Aurum auro expendetur, argentum argento exae-  
quabitur.
- GR. Fac sis aurum ut uideam : post ego faciam ut  
uideas cistulam.
- DAE. Caue malo ac tace tu : tu perge ut ocepisti dicere.  
TR. Vnum te obsecro, ut ted huius commiserescat  
mulieris, 1090  
Si quidem hic lenonis eiust uidulus, quem suspicor.  
Hic nisi de opinione certum nil dico tibi.
- GR. Viden scelestus aucupatur ? TR. Sine me ut oc-  
cepi loqui.  
Si scelesti illius est hic quouis dico uidulus,  
Haec poterunt nouisse : ostendere his iube. GR.  
Ain ? ostendere ? 1095
- DAE. Haud iniquom dicit, Gripe, ut ostendatur uidulus.  
GR. Immo hercle insignite inique. DAE. Quidum ?  
GR. Quia, si ostendero,  
Continuo hunc nouisse dicent scilicet. TR. Scele-  
rum caput,  
Vt tute's item omnis censes esse ? periuri caput.
- DAE. Cedo modo mi uidulum istum, Gripe. GR. Conce-  
dam tibi :  
At, si istorum nil sit, ut mihi reddas. DAE. Red-  
detur. GR. Tene.
- DAE. Audi nunciam, Palaestra atque Ampeliska, hoc  
quod loquor :



TR. Quite so, and the toys that she had when quite a little girl are in the casket that is inside the wallet. They are of no use to him, but if he hands them over, they will be of great assistance to this poor girl in her search for her parents.

DAE. Enough, I'll make him hand them over.

GR. Not a scrap will I hand over to him.

TR. All I ask for, is the casket and the toys.

GR. Well, but what if they're all gold?

TR. What's that to you? You should have gold for gold, and for silver an equal weight of silver.

GR. Let me see the colour of your gold and then I'll let you have a look at the casket.

DAE. Look out, Gripus, and hold your tongue! Do you go on with your story.

TR (*to* DAE.) One thing I ask: that you will have pity on this girl, if this wallet really belongs to the dealer, as I fancy it does. So far I am only conjecturing; I can't say positively.

GR. Mark how the rogue is setting his snares.

TR. Just you let me go on. If the wallet belongs to the rogue I was speaking about, surely these girls will know it. Tell him to show it them.

GR. What! Show it?

DAE. It's quite fair, Gripus, to ask that the wallet be shown.

GR. Not at all! It's the height of unfairness.

DAE. How so?

GR. Because if I show it, they will say right off, of course, that they know it.

TR. Thou sink of iniquity! Dost think that everybody is like thyself? Thou prince of liars!

DAE. Here with that wallet, Gripus!

GR. I'll let you have it, but on condition that you'll give it me back, if it does not contain what you say.

DAE. Good! You shall have it. GR. There!

DAE. (*to* PALAESTRA and AMPELISCA.) Listen, now, to what I

Estne hic uidlus, ubi cistellam tuam inesse aiebas?

PA. Is est.

GR. Perii hercle ego miser: tu prius quam plane  
aspexisti, ilico

1130

Eum esse dixti. PA. Faciam ego hanc rem ex pro-  
cliui planam tibi.

Cistellam isti inesse oportet caudeam in isto uidulo:

Ibi ego dicam quidquid inerit nominatim: tu mihi

Nullum ostenderis. si falsa dicam, frustra dixerō:

1135

Vos tamen istaec quidquid inerit vobis omne  
habebitis.

Si erunt uera, tum obsecro te, ut mea mihi reddantur.

DAE. Placet:

Ius merum oras meo quidem animo. GR. At meo  
hercle inius merum.

Quid, si ista aut superstitiosa aut hariolast atque  
omnia

Quidquid inerit uera dicet? anne habebit hariola?

1140

DAE. Non feret, nisi uera dicet: nequiquam hariolabitur.

Solue uidulum ergo, ut quid sit uerum quam  
primum sciam.

TR. Hoc habet. GR. Solutust perii: uideo cistellam.

DAE. Haccinest?

PA. Istaec est. o mei parentes, hic uos conclusos gero:

Huc opesque spesque uostrum cognoscendum con-  
didi.

1145

GR. Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,

Quae parentis tam in angustum tuos locum conpe-  
geris.

DAE. Gripe, accede huc: tua res agitur: tu, puella, istinc  
procul

Dicito quid insit et qua facie: memorato omnia.

Si hercle tantillum peccassis, quod posterius po-  
stules

1150

Te ad uerum conuorti, nugas, mulier, magnas  
egeris.

say. Is this the wallet which you said contained your casket?

PA. It is.

GR. Alas, I'm quite done for! You declared it was yours right away on the spot, before you had a fair look at it.

PA. I'll make all this plain sailing for you. There should be a wooden casket in the wallet. I'll give you a list of its contents, one after another—don't show me any of them. If I go wrong, I shall have lost my breath in vain! But, all the same, you will get back everything that's in the wallet. If I am right, then I beg that you will hand back to me what is mine.

DAE. Agreed! Your request is only right to my thinking.

GR. Gad, to my thinking, it's all wrong. What if she is a witch or a wise woman and can tell everything that's in the casket without a mistake! Are we to let the things go to a witch?

DAE. No, she won't get it unless she is correct. Her witchcraft will be all in vain. Now, untie the wallet and let us know at once how matters stand.

TR. That's one for Gripus!

GR. Untied it is; I'm done for! There's the casket.

DAE. What, is this it?

PA. That's it. Dear parents mine, for me ye are underneath that lid. There did I store away the means and hope of finding you.

GR. Then, if faith, the Gods must be wrath with you, whoever you are, for having crammed your father and mother into so small a space.

DAE. Come here, Gripus, this touches you. You, young lady, stand where you are and tell us the contents, and say what each is like. Don't omit anything. If you make the least slip, egad, and then expect to put yourself right afterwards, you will have utterly wasted your breath, my girl.

- PA. Ius bonum oras. GR. Edepol haud recte orat : nam  
tu iniuriu's.
- DAE. Loquere nunciam, puella. Gripe, animum aduerte  
ac tace.
- PA. Sunt crepundia. DAE. Ecce uideo. GR. Perii in  
primo proelio :  
Mane : ne ostenderis. DAE. Qua facie sunt ? re-  
sponde ex ordine. 1155
- PA. Ensiculust aureolus primum litteratus. DAE. Di-  
cedum,  
In eo ensiculo litterarum quid est ? PA. Mei  
nomen patris.  
Post altrinsecust securicula ancipes, itidem aurea,  
Litterata : ibi matris nomen in securiculast. 1160  
DAE. Mane :  
Dic in ensiculo quid nomen est paternum ? PA.  
Daemones.
- DAE. Di immortales, ubi loci sunt spes meae ? GR. Im-  
mo edepol meae ?
- TR. Pergite, opsecro, continuo. GR. Placide, aut in  
malam crucem.
- DAE. Loquere matris nomen hic quid in securicula siet.
- PA. Daedalis. DAE. Di me seruatum cupiunt. GR. At  
me perditum.
- DAE. Filiam meam esse hanc oportet, Gripe. GR. Sit  
per me quidem. 1165  
Qui te di omnes perdant, qui me hodie oculis uidisti  
tuis,  
Meque adeo scelestum, qui non circumspexi cen-  
tiens  
Prius, me nequis inspectaret, quam rete extraxi ex  
aqua.
- PA. Post id sicilicula argenteola et duae conexae mani-  
culae et  
Sucula. GR. Quin tu i diirecta cum sucula et cum  
porculis. 1170

GR. That's quite fair.

TR. No, by my troth, it's not—you're going beyond all bounds.

DAE. Now, girl, speak. Gripus, you attend and keep quiet.

PA. There are toys.

DAE. Yes, I see them.

GR. I'm knocked out in the first round. Hold hard! don't let her see them.

DAE. What are they like? Go through the list.

PA. First of all, there is a little gold sword with writing on it.

DAE. Say what the writing is.

PA. My father's name. Then in another corner there's a little two-handed axe, also of gold, and with writing on it: that gives my mother's name.

DAE. Stop! what's your father's name on the sword.

PA. *Daemones*.

DAE. Immortal powers! what may I look for next?

GR. Yes, egad, and what may I?

TR. Go on, for goodness' sake; don't wait.

GR. Gently, gently, now, or plague take you! Tell us what's your mother's name on the axe.

PA. *Daedalis*.

DAE. The gods have my welfare at heart.

GR. (*aside*) Yes, and my destruction.

DAE. This must be my daughter, Gripus.

GR. (*to DAEMONES.*) Yes, for all I care. (*to TRACHALIO.*) And may all the gods confound you for having set eyes on me this day,—yes, and confound me, too, ass that I was, for not looking round a score of times to see that nobody was watching before I hauled my net out of the water.

PA. A little silver sickle and two tiny hands, clasped together, and a windlass.

GR. Go to the deuce with your windlass and your windy talk.

PA. Et bulla aureast, pater quam dedit mi natali die.  
 DAE. East profecto : contineri quin conplectar non queo.  
 Filia mea, salue : ego is sum qui te produxi pater :  
 Ego sum Daemones, et mater tua eccam hic intus  
 Daedalis.

PA. Salue, mi pater insperate. DAE. Salue : ut te am-  
 plector lubens. 1175

TR. Volup est quom istuc ex pietate nostra uobis con-  
 tigit.

DAE. Capedum hunc, si potes, fer intro uidulum, age,  
 Trachalio.

TR. Ecce Gripi scelera : quom istaec res male cuenit  
 tibi,

Gripe, gratulor. DAE. Age eamus, mea gnata, ad  
 matrem tuam,

Quae ex te poterit argumentis hanc rem magis ex-  
 quirere : 1180

Quae te magis tractauit magisque signa pernouit  
 tua.

TR. Eamus intro omnes simul, quando operam pro-  
 miscam damus.

PA. Sequere me, Ampelisca. AM. Quom te di amant,  
 uoluptatist mihi.

GR. Sumne ego homo scelestus, qui illunc hodie excepi  
 uidulum ?

Aut quom excepi, qui non alicubi in solo abstrusi  
 loco ? 1185

Credebam edepol turbulentam praedam euenturam  
 mihi,

Quia illa mihi tam turbulenta tempestate cuenerat.  
 Credo edepol ego illic inesse argenti et auri largiter.

Quid meliust quam ut hinc intro abeam et me sus-  
 pendam clanculum,

Saltem tantisper dum abscedat haec a me aegri-  
 monia ? 1190

PA. There's a golden locket, too, which my father gave me on my birthday.

DAE. 'Tis she, without a doubt. I cannot keep from clasping her in my arms. Bless you, my daughter! I am the father that reared you. I am Daemones, and see, your mother, Daedalis, is indoors here.

PA. Bless you, my father, whom I never hoped to see!

DAE. Bless you! and glad I am to hold you in my arms.

TR. I am delighted that your goodness should have brought you such good luck.

DAE. Ho, Trachalio, see if you can take this wallet and carry it indoors.

TR. Poor old Gripus! Best congratulations, Gripus, on your bad luck!

DAE. Come, daughter, let us go to your mother. She will be the one to sift this business and make it all clear; she had more to do with your up-bringing, and she will know your tokens off by heart.

TR. Indoors, then, all of us, since we all have a hand in the affair.

PA. Follow me, Ampelisca.

AM. I am delighted that heaven sends you such luck.

*(Exeunt all, except GRIPUS into cottage, R.)*

GR. Am not I an ass for fishing up that wallet this day, or rather for not hiding it away in some corner after I had fished it up? Faith, I thought it would turn out a troublesome haul for me, seeing it had turned up in such troublous weather. Faith, I think it must have a lot of gold and silver inside it. Best for me to go away home and hang myself on the quiet—well, at all events, till I can put this chagrin from me. *(Exit GRIPUS into cottage, R.)*

## DAEMONES.

Pro di immortales, quis mest fortunatior,  
 Qui ex inproviso filiam inueni meam? IV 5  
 Satin si quoi homini dei esse bene factum uolunt,  
 Aliquo illud pacto optingit optatum piis?  
 Ego hodie, neque speravi neque illud credidi;  
 Is inproviso filiam inueni tamen; 1196  
 Et eam de genere summo adulescenti dabo  
 Ingenuo, Atheniensi et cognato meo.  
 Eum adeo arcessi huc ad me quam primum uolo  
 Iussique exire huc eius seruom, ut ad forum 1200  
 Iret. nondum egressum esse eum, id miror tamen.  
 Accedam opinor ad fores. quid conspicio?  
 Vxor complexa collo retinet filiam.  
 Nimis paene inepta atque odiosa eius amatios.

## DAEMONES. TRACHALIO.

DAE. Aliquando osculando meliust, uxor, pausam fieri: IV 6  
 Atque adorna ut rem diuinam faciam, quom intro  
 aduenero, 1206  
 Laribus familiaribus, quom auxerunt nostram fami-  
 liam.  
 Sunt domi agni et porci sacres. sed quid istum  
 remoramini,  
 Mulieres, Trachalionem? atque optume eccum exit  
 foras.  
 TR. Vbi ubi erit, iam inuestigabo et mecum ad te ad-  
 ducam simul 1210  
 Plesidippum. DAE. Eloquere ut haec res optigit  
 de filia.  
 Eum roga ut relinquat alias res et huc ueniat. TR.  
 Licet.



## SCENE V.

(Enter DAEMONES from cottage, R.)

DAE. IMMortal powers, was ever man more blest than I, who never expected to have found my child? Surely, when Heaven is ready to show favour to men, good people somehow get the good they wish. As for me this day—I never hoped or looked for this—and yet, unexpectedly, I have found my child. And now I'll give her to a youth of the best family, a noble Athenian and a kinsman of my own. I should like to have him brought to me here at once, and have told his servant to start out and go to the forum. I am surprised he has not set out by now. I'll to the door, I think. What is this I see? My wife has clasped our daughter to her breast, and is holding her there. This fondling is out of place, and almost more than I can stand.

## SCENE VI.

DAE. (*to his wife within*). 'Twere well, good wife, to bring this hugging to an end, and get things ready for me to offer sacrifice, when I come indoors, to our household gods for favours shown to our house. We have lambs and porkers for an offering. (*to women within*.) But why are you keeping Trachalio back, good women? Ah, here he comes, just in the nick of time. (*Enter TRACHALIO from cottage, R.*)

TR. Wherever Plesidippus may be, I'll hunt him up and bring him to you along with me.

DAE. Tell him this bit of luck about my child. Ask him to drop everything else, and come here.

TR. Yes, sir.

DAE. Dico *daturam* meam illi filiam uxorem. TR.  
Licet.

DAE. Et patrem eius me *nomisse* et mihi esse cognatum.  
TR. Licet.

DAE. Sed propera. TR. Licet. DAE. Iam hic fac sit,  
cena ut curetur. TR. Licet.

DAE. Omnian licet? TR. Licet. sed scin quid est quod  
te uolo? 1215

Quod promisisti ut memineris, hodie ut liber sim.  
DAE. Licet.

TR. Faç ut exores Plesidippum, ut me manu emittat.  
DAE. Licet.

TR. Et tua filiã facito oret: facile exorabit. DAE.  
Licet.

TR. *Atque* ut mi Ampelisca nubat, ubi ego sim liber.  
DAE. Licet. 1220

TR. *Atque* ut gratum mi beneficium factis experiar.  
DAE. Licet.

TR. Omnian licet? DAE. Licet. tibi rursum refero  
gratiam.

Sed propera ire in urbem actutum et recipe te huc  
rursum. TR. Licet.

Iam hic ero. tu interibi adorna ceterum quod opust.  
DAE. Licet.

Hercules istum infelicet cum sua licentia: 1225  
Ita meas repleuit auris, quidquid memorabam, 'licet.'

## GRIPVS. DAEMONES.

GR. Quam mox licet te compellare, Daemones? IV 7

DAE. Quid est negoti, Gripe? GR. De illo uidulo,  
Si sapias, sapias: habes quod di dant boni.

DAE. Aequom uidetur tibi, ut *quod* alienum quod est 1230  
Meum esse dicam? GR. Quodne ego inueni in  
mar?

DAE. And that I'll let him have my girl to wife.

TR. Yes, sir.

DAE. And that I know his father and that he is a relative of mine. TR. Yes, sir.

DAE. But hurry up! TR. Yes, sir.

DAE. And tell them here to get dinner ready at once.

TR. Yes, sir.

DAE. Nothing but "Yes, sir's?"

TR. Yes, sir. But I say, do you know what I want? I want you to remember your promise to get me my freedom this day. DAE. Yes, sir.

TR. And make your daughter ask my master; she will easily get it out of him.

DAE. Yes, sir.

TR. And I want Ampelisca to marry me when I am free.

DAE. Yes, sir.

TR. And I hope I may get a substantial reward for my services. DAE. Yes, sir.

TR. Nothing but "yes, sir's."

DAE. Yes, sir, I am paying you back in your own coin. But hurry up to town at once, and haste you back again.

TR. Yes, sir. I'll be back directly. Meanwhile do you see to all that's wanted. (*Exit TRACHALIO to town, l.*)

DAE. "Yes, sir!" Plague take the knave, so free is he with "yes, sir's;" for every word of mine, my ears were dinned with "yes, sir's."

#### SCENE VII.

(*Enter GRIPUS from cottage, r.*)

GR. Can I have a word with you, Daemones?

DAE. What's the matter, Gripus?

GR. As to that wallet, stick to what heaven sends you; no nonsense, now.

DAE. Is it fair, do you think, Gripus, to claim as mine what's another's?

GR. Why, I found it in the sea.

- DAE. Tanto illi melius optigit qui perdidit :  
Tuom esse nihilo magis oportet uidulum.
- GR. Isto tu's pauper, quom nimis sancte piu's.
- DAE. O Gripe Gripe, in aetate hominum plurumae  
Fiunt transennae, ubi decipiuntur dolis. 1236  
Atque edepol in eas plerumque esca inponitur :  
Quam siquis auidus poscit escam auariter,  
Decipitur in transenna auaritia sua.  
Ille qui consulte, docte atque astute cauet, 1240  
Diutine uti bene licet partum bene.  
Mī istaec uidetur praeda praedatum irier,  
Ut cum maiore dote abeat quam aduenerit.  
Egone ut quod ad me adlatum esse alienum sciam 1245  
Celem ? minime istuc faciet noster Daemones.  
Semper cauere hoc sapientis aequissimumst,  
Ne conscii sint ipsi malefici suis.
- GR. Spectaui ego pridem comicos ad istum modum  
Sapienter dicta dicere atque is plaudier, 1250  
Quom illos sapientis mores monstrabant poplo.  
Sed quom inde suam quisque ibant diuorsi domum,  
Nullus erat illo pacto ut illi iusserant.
- DAE. Abi intro, nam molestus : linguae tempera.  
Ego tibi daturus nil sum, ne tu frustra sis. 1255
- GR. At ego deos quaeso, ut quidquid in illo uidulost,  
Si aurum, si argentumst, omne id ut fiat cinis.
- DAE. Illuc est quod nos nequam seruis utimur.  
Nam illic servos si cum iniquo congressus foret,  
Et ipsum sese et illum furti astringeret, 1260  
Dum praedam habere se censeret, interim  
Praeda ipsus esset : praeda praedam duceret.  
Nunc hinc intro ibo et sacrificabo : postibi  
Iubebo nobis cenam continuo coqui.
- CANTOR. Nunc, spectatores, bene valet et plaudite.

DAE. So much the better luck for the man who lost it ; but that doesn't make the wallet any more your property.

GR. That's why you're a poor man—you're too much of a saint for this world.

DAE. Ah, Gripus, Gripus ; man's life is everywhere beset with snares, wherein he is craftily caught. And in good sooth most of them are baited with a tempting morsel, and whoso in his greed greedily snaps at the bait is taken in the snare for very greed. But whoso warily, cleverly and craftily takes heed, to him it is given long to enjoy what has been well earned. That prize of yours, I fancy, will be so made prize of as to bring a greater blessing in its going than in its coming. (*indignantly.*) What, am I the man to conceal what I know was another's property before it came to me ? Far, indeed, will that be from the Daemones I know. It is the bounden duty of wise masters ever to be on their guard against being privy to the wrong-doing of their people.

GR. I have lately heard players utter wise saws of that sort and get applauded for it, when they preached to the people their sage maxims. But when they left the place and went, each to his own home, nobody was what they had told him to be.

DAE. Go indoors and cease your bother. Restrain your tongue. I'm not going to give you anything ; make no mistake about that !

GR. I pray heaven that everything in that wallet, be it gold or silver, will be burned to ashes. (*Exit GRIPUS into cottage, R.*)

DAE. That explains why slaves are rogues. For if that slave had happened to come across a dishonest master, he would have implicated both in theft ; while seeking to plunder others, he would find himself the plundered man—the biter would be bit. Now, I'll go away into the house, and then I'll order our dinner to be cooked at once. (*Exit DAEMONES into cottage, R.*)

CANTOR. Now, farewell, friends, and give us your applause !

